

26. K

10.
9

RECTOR
ACADEMIAE
FRANCOFURTANA
M.DAVID ORIGA.

NUS MATHEMATUM

Professor P.

AD
NATALEM
SALVATORIS NOSTRI
diem devotè concelebrandum

Et
*animigratitudinem erga venerandum ministerium
declarandam*

Reipub. literariæ cives humani-


terinvitat,

add. VIII. Kalendarum Januarium.

ANNI
Jam in & I^o cxxii.

proclivis.

Literis
HARTMANNIANIS.



Mundi oculus, noctis condus, promusq; diei,
Sacram, quod felix exaudiat hora, reducit
Lucem, quâ jaculis cinctus radiantib. orbi
Haud aliam illuxit meliorem, cuius opaca
Nox vel candidior subducto Sole refulsit:
Auras quâ lucis superas Lux aurea mundi
Et Sol justitia, qui solus lumine vestit
Solem, mutavit cacaligine: Solis
Lumen de tenebris noctisq; meridie obortum,
Quaq; insidebant animis exesse tenebras
Iussit, & humanum cor cælite luce refulsit,
VERBVMq; EST FACTVM CARO, inenarrabile VERBVM.

Nox secunda operum, cressoq; nota lapillo!

Ante evum genitus, cunctis antiquior annis,
In terris genitur soboles, haud lata tyrannis,
Atq; vices evi sentit, succedit & annis;
Factus opusq; opifex, opifer quo gentibus esset;
Omnia qui portat, Maria fit dulce ferenti
Pondus, delicium cæli trahit ubera matris,
Et modico vivit, cui vivunt cuncta; Quiescit
Hunc in praesepi virgo, in quo cuncta quiescunt.

Nata

Nataparensq; sui pariens est virgoparentis.
Et puer ipse suanatusq; parensq; parentis.
• Attonita est Hecate rorisflua, conscientia partus
Divini, insolita spectavit imagine terras.
Noctivaga facula choreis cæliq; nitela
Indulgent: Phœbes frater pernicius oras
Appetit Eoas: Et quod capit omnia cælum,
Non capit hic sese, totum descendere gestit
Visendi excitum studio: magalia latè
Diffulgent: asinoq; simul procumbit humibos,
Vulgò quod credunt, Et conclamata tepentis
Frigora defendunt infanti flatibus aura.
Quin Et Apollinea tacuere oracula Cyrrhae,
Non cortina tegit tripodas, Didyma q; squalent
Limina, cornigeri vatis nemus atq; Molosso
Quercus anhela Iovis, non dant responsa, foresq;
Non consultor adit Clarias, penetralia Branchi
Lugent, insanos perdit Dodona vapores.
Protinus è cælo, quod vero verius, imber
Igneus in liquidas Geniorum depluit oras:
Æther ei volitant proceres cunabula propter,
Magnificantq; DEUS quæ gaudia protulit orbī.
Ut cum cultanovis adolescent undiq; stellis,

De-

Degenerem simul ac regem & pepulere quirites
Ex inceratis pravos examina regnis,
Circumstant fremitu regem stipantq; novellum,
Illi applaudentes, sublimemq; agmine tollunt:
Sic genus alituum, cæligens incola, REGI
Circumfusa suo, natalia carmina pangit,
Atq; vicem gaudet mortalis gaudia plebis.

Mox Mariam genuisse datur, non patribus urbis
Purpureis septemgeminæ, Solymisve magistris:
Sed vigili manui, cui pastoralia cura
Arma, olidiq; viri uxores, placidaq; bidentes.
Nuncia verba fero, dixit cœlestis alumnus:
Est natus VOBIS, totiq; salutifer ORBI
Finibus his CHRISTVS: cunas exquirite, vestro
Votaq; solventes gaudete hac gaudia, Regi:
Et dictocitius citbara, biforisq; tumultus
Attonit as circum pastorum plurimus aures:
Cantant indigetes cæli, sit GLORIA Iova,
Aurea PAX terris, mortali GRATIA genti:
Ingeminant plausum nubes, fragor aether a plaudit.

Custodes donis calathos silvestribus aptos
Sumunt, & sepem ingressi præsepe pererrant

Lumi-

Luminibus, terramq; petunt, & Numen adorant,
Æterniq; DEI cognoscunt instar in illo.

Mirantur puerum, simul & miserantur in aula
Angusta possum Regem stellantis Olympi.

Panni, Phocaicus murex & purpura Coi;
Divitiae, filices sunt; putor aroma, toreuma,
Mensa bovis; nervi, vagitus; regia, tectum

Pauper. Non Smaragdos ullos cum luce videre est:
Non auratic auri, glacies non eris, Eoum
Non tus, non dentes nivei, Assyriiq; tapetes,
Nec variis suberant ornata asarota figuris,
Exigua superant anathemata picta clitella.
Hac ut pastores videre, & ubiq; locorum
Dididerunt, animis abeunt ad pascua latis.

Salve SALUIS, salve, si fas salvere Salutem,
Salve magne puer, magni patris incrementum,
Cresce, nec optat am pridem remorare Salutem:
Spem nobis certam vultu promittis amico,
Cui cælum subdet Genitor, terramq;, & Avernum,
Vt cælo terram nectas & fædere jungas,
At latices Stygios turbes altumq; barathrum.
Occumbet Serpens, qua primæ prima parenti
Illusit, portentificis imbuta venenis,

Ne

Ne queateniti quod avet furor intimus: Omnes
Hanc deridebunt, & declamatio fiet.

His animum attenta, Musisq; Deoq; sacrate
Mentes, ab anima nimium quas prodigus emit,
Dum licet esse, vicem meritis ager reddite, gratis.
Luce sacra dio puerum mactemus honore,
Hymnis, carminibus, votis, humiliq; precatur:
Hunc, veniente die, simul & moriente canamus.
Nam genitur pauper, per amica silentia noctis,
Qua sine nostradi es nox est, opulent et ut omnes,
Et trahat ex tenebris spatiosiq; ore Charontis,
Gratuito in sortem vocat in numerumq; suorum,
Atq; domos vacuas nobis tristesq; ruinas
In cælo sarcit. Declarant gaudia cantu
Certatim cæli, queis non est natus, alumni.
Est NOBIS natus puer hic, NOBIS datus Idem.
Et nos torpemus? qua innata insaniamenti?

Vt natum sensere Magi, per discere mores
Astrorum soliti, mox quadrupedante feruntur
Ad Christum ex Ortus oris, duce calite stella,
Succiduo lati venerantur poplite cunas,
Et cumulant dono stactes & turis, & auri

Tergen-

Tergeminus puerum, ceu Regem, Hominemq; Deumq;
Vos, queis incoctum est pectus pietatis amore,
Ferte DEO Obsequii myrrham, tus Laudis, at aurum
Illius MYSTIS. Aurum, tus, myrrha, jacentis
Sunt dona in terris. Niveo sub pulvere Solem
Exigite instantem devoti, menteq; casta
Plaudite, Virgineum cunæ sunt pectus IESU.
Quid tibi mens cælo, non cæno, nata, caducis
Cum rebus? putas sunt hec nostra vulnera vita.
Vivite teste polo, viciis convicia fiant.
Hos lustratores poscunt cunabula CHRISTI.

M. P. F.

Ja 666

ULB Halle
002 177 021

3



sb-200

Von MC





Farbkarte #13

B.I.G.

Black	3/Color	White	Red	Magenta	Yellow	Cyan	Green	Blue



10.
CTOR
EMIÆ
URTANÆ
ORIGA.
HEMATUM
for P.
LEM
IS NOSTRI
celebrandum
nerandum ministerium
dam
cives humani-
cat,
um Januarium
I C CXXII.
NIANIS.